Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ibi

25

annuabit omne genu et iurabit omis lingua Ergo in dno dicent me
iustitiae et imperium ad eum venient et confundentur omnes qui repug
nant ei In dno iustificabitur et laudabitur omne semen israhel Confu
Conflatus est bel concretus est nabo facta sunt XLVI
simulacra eorum bestiis et iumentis onera vestra gravia pondus ef
ferunt ad lassitudinem curvabuerunt Concta sunt simul non prae
valuerunt saluare portantes data eorum in captiuitatem ibunt audite me do
mus iacob et omne residuum domus israhel qui portamini a meo u
tero qui gestamini a mea volua usque ad senectam ego ipse et usque ad
canos ego portabo Ego feci et ego feram et ego portabo et saluabo
Cui assimilastis me et adiunxistis et comparastis et fecistis similem
Qui conferetis aurum de sacculo et argentum statera ponderabitis cum
ducentes artifici ut faciat deum et produnt et adorant portantes illum
in humeris gestantes et ponentes in loco suo et stabit ac de loco
suo non mouebitur Sed et si clamauerit ad eum non audiet de tribu
lacione non saluabit eos Memento istud et confundimini Redite pre
uaricatores ad cor recordamini prioris seculi quia ego sum dns et non est
ultra deus nec est similis mei annuncians ab exordio nouissima et ab
initio quae nondum facta sunt dicens Consilium meum stabit et omnis volun
tas mea fiet vocans ab oriente auem et de terra longinqua virum volun
tatis mee Et locutus sum et adducam illud cogitaui et faciam illud audite me
duri corde qui longe estis a iustitia prope feci iustitiam meam non elongabitur
et salus mea non morabitur dabo in sion salutem et in israhel gloriam
XLVII
Descende sede in pulueri virgo filia Babilon
sede in terra non est solium filie chaldeorum quia ultra non
vocaberis mollis et tenera colle molam et mole farinam denuda te
pulueri tua discoopere humerum renela crura tua transi flumina re
uelabitur ignominia et videbitur opprobrium tuum vindictam capiam et
non resistet mihi Redemptor noster dns exercituum nomen illius
sanctus israhel sede tace et intra in tenebras filia chaldeorum quia
non vocabitur ultra dna regnorum Iratus sum super populum meum contu
minam hereditatem meam et dedi eos in manu tua Non posuisti eis
misericordias super senem aggrauasti iugum tuum valde et dixisti
In sempiternum ero dna Non posuisti hec super cor tuum nec recor
data es nouissimi tui Et nunc audi hec delicata et habitans confiden